

BOLETIN



ECLESIASTICO

DEL

OBISPADO DE ASTORGA.

## SYLLABUS

Ó SEA CATÁLOGO QUE COMPRENDE LOS PRINCIPALES ERRORES DE NUESTRA ÉPOCA QUE SE SEÑALAN EN LAS ALOCUCIONES CONSISTORIALES, ENCÍCLICAS Y DEMAS LETRAS APOSTÓLICAS DE NUESTRO SEÑOR PADRE EL PAPA PIO IX.

(Continuacion.)

XXXVI. Nationalis concilii definitio nullam aliam admittit disputationem, civilisque administratio rem ad hosce terminos exigere potest (1).

XXXVII. Institui possunt nationales Ecclesiae ab auctoritate Romani Pontificis subductae planeque divisae (2).

XXXVIII. Divisioni Ecclesiae in orientalem atque occidentalem nimia Romano Pontificum arbitria contulerunt (3).

XXXVI. La definicion de un Concilio nacional no admite otra discusion, y la administracion civil puede tratar toda clase de asuntos dentro de esos límites (1).

XXXVII. Se pueden instituir iglesias nacionales sustraídas de la autoridad del Pontífice Romano y plenamente separadas de él (2).

XXXVIII. Muchos actos arbitrarios por parte de los soberanos Pontífices han dado causa á la division de la Iglesia en oriental y occidental (3).

(1) *Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.*

(2) *Alloc. Multis gravibusque 17 decembris 1860. Id. Iam dudum cernimus 18 martii 1861.*

(3) *Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.*

§. VI.

*Errores de societate civili tum in se, tum in suis ad Ecclessiam relationibus spectata.*

XXXIX. Reipublicae status, utpote omnium iurium origo et fons, iure quodam pollet nullis circumscripto limitibus (1).

XL. Catholicae Ecclesiae doctrina humanae societatis bono et commodis adversatur (2).

XLI. Civili potestati vel ab infideli imperante exercitae competit potestas indirecta negativa in sacra; eidem proinde competit nedum ius quod vocant *exequatur*, sed etiam ius *appellationis*, quam nuncupant, *ab abusu* (3).

XLII. In conflictu legum utriusque potestatis, ius civile praevalet (4).

XLIII. Laica potestas auctoritatem habet rescindendi, declarandi ac faciendi irritas solemnes conventiones (vulgo *Concordata*) super usu iurium ad ecclesiasticam immunitatem pertinentium cum Sede Apostolica initas, sine huius consensu, immo et ea reclamante (5).

§ 6.º

*Errores relativos á la sociedad civil considerada, sea en si misma, sea en sus relaciones con la Iglesia.*

XXXIX. El Estado, como que es el origen y la fuente de todos los derechos, goza de un derecho que no se halla circunscrito por ningun límite (1).

XL. La doctrina de la Iglesia catolica es opuesta al bien y á los intereses de la sociedad humana (2).

XLI. El poder civil, aun cuando es ejercido por un Príncipe infiel, posee un poder indirecto negativo sobre las cosas sagradas; tiene, por consecuencia, no sólo el derecho que se llama de *exequatur*, sino tambien el derecho que se llama *de apelacion por abuso* (3).

XLII. En caso de conflicto legal entre los dos poderes, prevalece el poder civil (4).

XLIII. El poder laical tiene el derecho de anular y de declarar nulas las convenciones solemnes (*Concordatos*) concluidos con la Sede Apostólica relativamente al uso de los derechos que pertenecen á la inmunidad eclesiástica sin el consentimiento de esa Sede, y á pesar de sus reclamaciones (5).

(1) *Alloc. Maxima quidem*, 9 iunii 1862.

(2) *Epist. Encycl. Qui pluribus* 9 novembris 1846. *Alloc. Quibus quantisque* 20 aprilis 1849.

(3) *Litt. Apost. Ad apostolicae* 22 augusti 1851.

(4) *Id. Id.*

(5) *Alloc. In consistoriali* 1 novembris 1850. *Alloc. Multis gravibusque* 17 decembris 1860.

XLIV. Civilis auctoritas potest se immiscere rebus quae ad religionem, mores et regimen spirituale pertinent. Hinc potest de instructionibus iudicare, quas Ecclesiae pastores ad conscientiarum normam pro suo munere edunt, quin etiam potest de divinorum sacramentorum administratione et dispositionibus ad ea suscipienda necessariis decernere (1).

XLV. Totum scholarum publicarum regimen, in quibus iuventus christiana alicuius Reipublicae instituitur, episcopalibus dumtaxat seminariis aliqua ratione exceptis, potest ac debet attribui auctoritati civili, et ita quidem attribui, ut nullum alii cuicumque auctoritati recognoscatur ius immiscendi se in disciplina scholarum, in regimine studiorum, in graduum collatione, in delectu aut approbatione magistrorum (2).

XLVI. Immo in ipsis clericorum seminariis methodus studiorum adhibenda civili auctoritati subiicitur (3).

XLVII. Postulat optima civilis societatis ratio, ut populares scholae, quae patent omnibus cuiusque e populo classis pueris, ac publica universim instituta, quae litteris severioribusque disciplinis tradendis et educationi

---

XLIV. La autoridad civil puede inmischirse en las cosas que concier-  
nen á la Religion, las costumbres y el régimen espiritual. De donde se si-  
gue que se puede juzgar de las instrucciones que los pastores de la Iglesia  
publican, segun su ministerio, para regla de las conciencias, y se puede  
decidir tambien sobre la administracion de los Sacramentos y las disposi-  
ciones necesarias para recibirlos (1).

XLV. Toda la direccion de las escuelas públicas en las cua'es la ju-  
ventud de un Estado cristiano es educada, si se exceptúan hasta cierto punto  
los Seminarios episcopales, puede y debe ser atribuida á la autoridad civil,  
y esto de tal modo que no se reconozca á ninguna otra autoridad el derecho  
de inmischirse en la disciplina de las escuelas, en el régimen de los estu-  
dios, en la colacion de los grados, en la eleccion ó aprobacion de los  
maestros (2).

XLVI. Hasta en los seminarios de los clérigos debe hallarse sometido  
á la autoridad civil el método que se ha de seguir en 'os estudios (3).

XLVII. La buena constitucion de la sociedad civil exige que las escue-  
las populares que se han abierto á todos los niños de todas las clases del  
pueblo, y en general las instituciones públicas destinadas á la instruccion,  
á una instruccion superior, á una educacion mas elevada de la juventud,

---

(1) *Alloc. In Consistoriali* 1 novembris 1850. *Alloc. Maxima quidem*  
9 iunii 1862.

(2) *Alloc. In Consistoriali* 1 novembris 1850. *Alloc. Quibus luctuosis-*  
*simis* 5 septembris 1851.

(3) *Alloc. Nunquam fore* 15 decembris 1856.

iuventutis curandae sunt destinata, eximantur ab omni Ecclesiae auctoritate, moderatrice vi et ingerentia, plenoque civilis ac politicae auctoritatis, arbitrio subiiciantur ad imperantium placita et ad communium aetatis opinionum amussim (1).

XLVIII. Catholicis viris probari potest ea iuventutis instituendae ratio, quae sit a catholica fide et ab Ecclesiae potestate seiuncta, quaeque rerum dumtaxat naturalium scientiam ac terrenae socialis vitae fines tantummodo vel saltem primario spectet (2).

II. Civilis auctoritas potest impedire quominus sacrorum Antistites et fideles populi cum Romano Pontifice libere ac mutuo communicent (3).

L. Laica auctoritas habet per se ius praesentandi episcopos et potest ab illis exigere ut ineant dioecesium procurationem antequam ipsi canonicam a S. Sede institutionem et apostolicas litteras accipiant (4).

LI. Immo laicum Gubernium habet ius depoendi ab exercitio pastoralis ministerii episcopos, neque tenetur obedire Romano Pontifici in iis quae episcopatum et episcoporum respiciunt institutionem (5).

---

sean emancipadas de toda autoridad de la Iglesia, de toda influencia moderadora y de toda ingerencia de su parte, y que se hallen plenamente sometidas á la voluntad de la autoridad civil y política, segun el deseo de los gobernantes y la corriente de las opiniones generales de la época (1).

XLVIII. Los católicos pueden aprobar un sistema de educacion que se separe de la fé católica y de la autoridad de la Iglesia y no tengan por objeto, ó al menos por objeto principal, sino el conocimiento de las cosas naturales y la vida social en este mundo (2).

XLIX. La autoridad secular puede impedir á los obispos y á los fieles el comunicar libremente entre sí y con el Pontífice Romano (3).

L. La autoridad secular tiene por si misma el derecho de presentar los obispos, y puede exigir de ellos que tomen la administracion de sus diócesis antes de que hayan recibido de la Santa Sede la institucion canónica y las letras apostólicas (4).

LI. Aún más; el poder secular tiene el derecho de prohibir á los obispos el ejercicio del ministerio pastoral, y no está obligado á obedecer al Pontífice Romano en lo concerniente á la institucion de los obispados y de los obispos (5).

---

(1) *Epist. ad Archiep. Frising. Quum non sine* 14 iulii 1864.

(2) *Id. Id.*

(3) *Alloc. Maxima quidem* 9 iunii 1862.

(4) *Alloc. Nunquam fore* 15 decembris 1856.

(5) *Litt. Apost. Multiplices inter* 10 iunii 1851. *Alloc. Acerbissimu* 27 septembris 1852.

LII. Gubernium potest suo iure immutari aetatem ab Ecclesia praescriptam pro religiosa tam mulierum quam virorum professione, omnibusque religiosis familiis indicere, ut neminem sine suo permisso ad solemnia vota nuncupanda admittant (1).

LIII. Abrogandae sunt leges quae ad religiosarum familiarum statum tutandum, earumque iura et officia pertinent; immo potest civile gubernium iis omnibus auxilium praestare, qui a suscepto religiosae vitae instituto deficere ac solemnia vota frangere velint; pariterque potest, religiosas easdem familias perinde ac collegiatis Ecclesias et beneficia simplicia etiam iuris patronatus penitus extinguere, illorumque bona et redditus civilis potestatis administrationi et arbitrio subiicere et vindicare (2).

LIV. Reges et Principes non solum ab Ecclesiae iurisdictione eximuntur, verum etiam in quaestionibus iurisdictionis dirimendis superiores sunt Ecclesia (3).

LV. Ecclesia a Statu, Statusque ab Ecclesia seiungendus est (4).

---

LII. El Gobierno puede por derecho propio cambiar la edad prescrita para la profesion religiosa, lo mismo de las mujeres que de los hombres, y conminar á las comunidades religiosas para que no admitan los votos solemnes de nadie sin su autorizacion (1).

LIII. Se deben derogar las leyes que protegen la existencia de las familias religiosas, sus derechos y sus funciones: aun mas; el poder civil puede dar su apoyo á todos los que quieran dejar el estado religioso que hubieran abrazado, rompiendo los votos solemnes; del mismo modo puede suprimir completamente esas mismas comunidades religiosas, lo mismo que las Iglesias colegiadas y los beneficios simples, aunque sean de patronato, atribuyendo y sometiendo sus bienes y rentas á la administracion, segun la voluntad de la autoridad civil (2).

LIV. Los reyes y los principes no solo están exentos de la jurisdiccion de la Iglesia, sino que son superiores á la Iglesia cuando se trata de resolver cuestiones de jurisdiccion (3).

LV. La Iglesia debe estar separada del Estado, y el Estado de la Iglesia (4).

---

(1) *Alloc. Nunquam fore* 15 decembris 1856.

(2) *Alloc. Acerbissimum* 27 septembris 1852. *Id. Probe meminertis* 22 ianuarii 1855. *Id. Cum saepe* 26 iulii 1855.

(3) *Litt. Apost. Multiplices inter* 10 iunii 1851.

(4) *Alloc. Acerbissimum* 21 septembris 1852.

*Errores de Ethica naturali et christiana.*

LVI. Morum leges divina haud egent sanctione, minimeque opus est ut humanae leges ad naturae ius conformentur aut obligandi vim a Deo accipiant (1).

LVII. Philosophicarum rerum morumque scientia, itemque civiles leges possunt et debent a divina et ecclesiastica auctoritate declinare (2).

LVIII. Aliae vires non sunt agnoscendae nisi illae quae in materia positae sunt, et omnis morum disciplina honestasque collocari debet in cumulandis et augendis quovis modo divitiis ac in voluptatibus explendis (3).

LIX. Ius in materiali facto consistit, et omnia hominum officia sunt nomen inane, et omnia humana facta iuris vim habent (4).

LX. Auctoritas nihil aliud est nisi numeri et materialium virium summa (5).

LXI. Fortunata facti iniustitia nullum iuris sanctitati detrimentum affert (6).

---

§ 7.º

*Errores concernientes à la moral natural y cristiana.*

LVI. Las leyes de la moral no necesitan la sancion divina, y no es necesario que las leyes humanas se conformen al derecho natural ó reciban de Dios el poder de obligar (1).

LVII. La ciencia de las cosas filosóficas y morales lo mismo que las leyes civiles, pueden y deben ser sustraídas à la autoridad divina y eclesiástica (2).

LVIII. No deben reconocerse otras fuerzas que las que residen en la materia, y todo sistema de moral, toda moralidad debe consistir en acumular y aumentar las riquezas de todos modos, entregándose à los placeres (3.)

LIX. El derecho consiste en el hecho material; todos los deberes de los hombres son palabras vacías de sentido, y todos los hechos humanos tienen la fuerza del derecho (4).

LX. La autoridad no es otra cosa que la suma del número y de las fuerzas materiales (5).

LXI. Una injusticia de hecho coronada por el éxito no perjudica en modo alguno à la santidad del derecho (6)

---

(1) *Alloc. Maxima quidem* 9 iunii 1862.

(2) *Id. id.*

(3) *Id. id. Epist. Encycl. Quanto conficiamur* 10 augusti 1863.

(4) *Alloc. Maxima quidem* 9 iunii 1862.

(5) *Id. id.*

(6) *Iamdudum cernimus* 18 martii 1861.

LXII. Proclamandum est et observandum principium quod vocant de non-interventu (1).

LXIII. Legitimis principibus obedientiam detrectare, immo et rebellare licet (2).

LXIV. Tum cuiusque sanctissimi iuramenti violatio, tum quaelibet scelerata flagitiosaque actio sempiternae legi repugnans, non solum haud est improbanda, verum etiam omnino licita, summisque laudibus efferenda, quando id pro patriae amore agatur (3).

§. VIII.

*Errores de matrimonio cristiano.*

LXV. Nulla ratione ferri potest, Christum evexisse matrimonium ad dignitatem sacramenti (4).

LXVI. Matrimonii sacramentum non est nisi quid contractui acesorium ab eoque separabile, ipsumque sacramentum in una tantum nuptiali benedictione situm est (5).

LXVII. Iure naturae matrimonii vinculum non est indissolubile, et in variis casibus divortium proprie dictum auctoritate civili sanciri potest (6).

---

LXII. Se debe proclamar y observar el derecho de *no intervencion* (1).

LXIII. Es permitido negar la obediencia á los príncipes legítimos y aun sublevarse contra ellos (2).

LXIV. La violacion de un juramento, por santo que sea, y toda accion criminal y vergonzosa opuesta á la ley eterna, no solo no deben ser censuradas sino que son lícitas y dignas del mayor elogio cuando las inspire el amor á la patria (3).

§ 8.º

*Errores concernientes al matrimonio cristiano.*

LXV. No puede en modo alguno establecerse que Jesucristo ha elevado el matrimonio á Sacramento (4).

LXVI. El Sacramento del matrimonio no es mas que un acesorio del contrato que puede separarse de él, y el Sacramento solo consiste en la misma bendicion nupcial (5).

LXVII. Por derecho natural, el lazo del matrimonio no es indisoluble, y en varios casos el divorcio, propiamente dicho, puede ser sancionado por la autoridad civil (6).

---

(1) *Novos et ante* 28 septembris 1860.

(2) *Epist. Encycl. Qui pluribus* 9 novembris 1846. *Alloc. Quisque vestrum* 4 octobris 1847. *Epist. Encycl. Noscitis et Nobiscum* 8 decembris 1849. *Litt. Apost. Cum catholica* 26 martii 1860.

(3) *Alloc. Quibus quantisque* 20 aprilis 1849.

(4) *Litt. Apost. Ad apostolicae* 22 augusti 1851.

(5) *Id. id.*

(6) *Id. id. Alloc. Acerbissimum* 27 septembris 1852.

LXVIII. Ecclesia non habet potestatem impedimenta matrimonium dirimentia inducendi, sed ea potestas civili auctoritati competit, a qua impedimenta existentia tollenda sunt (1).

LXIX. Ecclesia sequioribus saeculis dirimentia impedimenta inducere coepit, non iure proprio, sed illo iure usa, quod a civili potestate mutuata erat (2).

LXX. Tridentini canones qui anathematis censuram illis inferunt qui facultatem impedimenta dirimentia inducendi Ecclesiae negare audeant, vel non sunt dogmatici vel de hac mutuata potestate intelligendi sunt (3).

LXXI. Tridentini forma sub infirmitatis poena non obligat, ubi lex civilis aliam formam praestituat, et velit hac nova forma interveniente matrimonium valere (4).

LXXII. Bonifacius VIII, votum castitatis in ordinatione emissum nuptias nullas reddere primus asseruit (5).

---

LXVIII. La Iglesia no tiene el poder de presentar los impedimentos dirimentes para el matrimonio; ese poder pertenece á la autoridad seglar, por la cual los impedimentos que existan pueden ser levantados (1).

LXIX. La Iglesia en el curso de los siglos ha empezado á introducir los impedimentos dirimentes, no por su derecho propio, sino usando del derecho que tomó del poder civil (2).

LXX. Los cánones del Concilio de Trento que fulminan el anatema contra los que se atreven á negar el poder que tiene la Iglesia de oponer impedimentos dirimentes, no son dogmáticos ó deben tomarse como usurpaciones de poder (3).

LXXI. La forma prescrita por el Concilio de Trento no obliga, bajo pena de nulidad, cuando la ley civil determina otra forma y quiere que, sirviéndose de esa forma, el matrimonio sea válido (4).

LXXII. El Papa Bonifacio VIII declaró el primero que el voto de castidad pronunciado en la ordenacion hace nulo el matrimonio (5).

(Se continuará.)

---

(1) *Litt. Apost. Multiplices inter 10 iunii 1851.*

(2) *Litt. Ad apostolicæ 22 augusti 1851.*

(3) *Id. id.*

(4) *Id. id.*

(5) *Id. id.*